


18
18
18





427.
1662, 38 16
QUOD DEUS BENE VORTATI!

PRÆSIDENTE
VIRO

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTIS-
SIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,

DN. GEORG-ADAMO Struven

Hæreditario in Uhlstädt/

Jcto & Antecessore hujus Salanæ celeberrimo,

Consiliario Saxonico, Curia Provincialis & Scabina-

tus Assessore, Facultatis Juridicæ Seniore gra-

vissimo,

DN. PATRONO, PRÆCEPTORE ATQVE PROMOTORE

SUO MAXIME SUSPICIENDO,

EJUSDEM

SYNTAGMATIS JURIS

PRUDENTIÆ

EXERCITATIONEM XLIX.

DE

PRIVATIS DELICTIS ET

EXTRAORD. CRIMINIBUS,

CUM MANTISSA COROLLARIOR.

Quibus veritas sententiæ

DE QVINTUPLICI JURE IN RE ACTIONES REA-

les producente à Lipsiensi quodam novissimè oppugnata

vindicatur.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

JO. CHRISTIANUS SCHINDLERUS,

ZITTAVIENSIS.

AD D. IV. SEPTEMBR. H. L. Q. C.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISII, Anno M. DC. LXII.



VIRIS
NOBILISS. AMPLISSIMIS. PRÆCLARIS-
SIMIS PRUDENTISSIMIS.

DN. CHRISTOPHORO. SCHMEIDEL.
ASSESSORI. JUDICII. ET. SCABINO.
REIPUBL. ZITTAVIENSIS.
GRAVISSIMO.

DN. JOHANNI. ROTHE. N. P. C.
SCABINO. ET. PROTONOTARIO.
IBID. SPECTATISSIMO.

DN. DAVIDI. JENTSCH. J. U. L.
SCABINO. IBID. DIGNISSIMO.

DOMINIS. SVIS. PATRONIS. ATQ. FAVTO-
RIBUS. OBSERVANTER. COLENDIS.
UT. ET.

CLARISS. VIRO.

DN. JOH. CHRISTOPH. SCHIND-
LERO. J. U. C. ET. NOTARIO.
IBID. FIDELISS.

GERMANO. SUO. UT. INTEGERRIMO.
ITA. PL. HONORANDO.

EXERCITATIONEM. HANC. JURIDIC.
STRUVIANAM.

SERIO. AFFECTU. D. C. Q.

JO. CRISTIANUS. SCHINDLERUS.

EXERCITATIO XLIX.

Ad

Lib. XLVII. Digestor.

RESP.

JOHANNES CHRISTIANO Schindler / Zittaviensi.

Lib. XLVII.

Tit. I.

De privatis delictis.

I.

Expositis juxta Pandectarum ordinem negotiis *Continua-*
civilibus, sequuntur nunc *Delicta & Cri-*
mina seu judicia poenalia. *Exerc. 8. th. 1.* quo- *tio.*
rum varia admodum persecutio est: unde & delictis il-
lis varia nomina indita, & ideò in quatuor species divi-
fa. Alia quippe *privata* delicta vocantur; alia extraor-
dinaria crimina; alia populares actiones; alia denique
publica judicia.

II. Delictum in genere est factum in se illicitum *Delicti de-*
immediatè, *extra ullius conventionis considerationem,* *finitio.*
contra legum prohibitionem sponte commissum, quo
ad præstandum quid patiendumvè quis se obligat. *l. 25. §.*
1. l. 4. de O. & A. pr. f. h. Ita describimus delictum ad dif-
ferentiam illius illiciti, quod per accidens incidit in facta
per se licita nim. conventiones: Quod Molina *d. f. & f.*
t. 3. tr. 2. D. 680. dupliciter fieri dicit: *Primò celebrando*
injustum contractum cum aliquo, aliquidvè injustè eo con-
tractu exigendo aut accipiendo: secundo, non implendo id,
quod quis ex contractu (sive principaliter sive accessorie)
prestare tenetur. Hæc ille. Atque sic hoc damnum com-
mit-

mittitur contra conventionem initam, & ex illâ conventionem ad reparationem ejus quis tenetur, nec non in quibusdam contractibus ob singularis fidei violationem infamiâ notatur. Damnum verò in delictis extra conventionem immediatè contra leges infertur, & præter reparationem damni, si quæ fieri potest, etiam ob ipsam vitiositatem poenam meretur. *Add. Exerc. 1. thes. 24. 29. 31.*

Forma delicti.

III. Per actum seu factum significatur materiale delicti: in transgressione verò legis, aut rectitudinis, quam lex præscribit, privatione formale ejus consistit, Aristoteles delicta dicit *συναλλάγματα ἀκέραια negotia* (ut *Heinsius verit. Andron. Rhodii paraphras. l. 5. Ethic. 2. c. 7.*) invita seu involuntaria *V. Eth. 2. in fin.* Cur ad *synallagmata* s. mutua negotia, obligationem parientia, referat Philosophus delicta rationem exponit Michael Ephesus *in d. l.* scribens: *γένονε τρέποντα δόσις καὶ λήψις ὅ ἐστι τὸ συναλλάσσειν. λαβῶν γὰρ χρήματα ἢ ἄλλο πικρίας δέδωκεν ἀντὶ ἐκείνων εὐθύνας.* *Est hic quodammodo datio & acceptio, in quibus consistit natura negotiorum mutuorum: nam qui res aut aliud quid furatus est, pro eo dat poenas. Et porro notat idem: συναλλάγματα οἱ παλαιοὶ ἐκαίλουν ἔμμενον, ἀἰκόντες σωετήθεν το πρὸς ἀλλήλους ποιῆν, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν νόμων διηγορεῖσθαι.* *Synallagmata à veteribus appellabantur non tantum, quæ mutuis conventionibus constant, sed & quæ legibus sunt vetita.* Nimirum qui delinquit, perinde ut in contractibus, voluntate & facto suo se videtur obligare poenæ nec non restitutioni: quia crimen non potest non esse punibile: ac qui directè vult peccare, per consequentiam & poenam mereri vult. Unde Imperatores

tores

tores Severus & Antoninus cuidam rescripserunt: *ipse te huic pœna subdidisti l Imperatores. 34. de jur. fisc. add. l. ult. C. ad L. Jul. Maj. Conf. Andron. Rhodius paraphr. lib. Ethic. Aristot. d. l. 5. c. 7.* Dicuntur autem *συνάμαρτα αἰνῶσια*, non ratione agentis, quippe qui sponte patrat crimen, & dicto se obligat modo: sed ratione patientis, quo invito illud fit, & ignorantia clandestinè, vel scienti per vim inferitur. *Arist. d. l.*

IV. Dicimus: *l. factum commissum: l. 7. ad L. C. de Non cōmifficar. ad excludendam cogitationem: cogitationis enim* ^{titur deli-} *(nuda ut in Basilic. lib. XL. tit. si. l. 18. additur verb. ψιλῆς* ^{ctum in fo-} *ἐνοίας)* pœnam in foro civili seu exteriori nemo patitur. ^{ro civili co-} *l. cogitationis 18. de pœn. ubi add. Gothofred. in not. (Non* ^{gitatione} *obst. (1.) l. 5. pr. verb. nudà saltem cogitatione atque contractu. C. de* ^{nudà.} *his qui ad Eccles. confug. (2.) l. 5. C. ad L. Jul. Maj. verb. eadem se-* *veritate voluntatē. (3.) l. 14. ad L. C. de sicar. in verb. maleficiis volun-* *tas spectatur.)* Licet fortè, qui de crimine olim cogitavit, id pœnitentiâ ductus fuerit confessus. Neque enim magistratûs civilis potestas ad ea, quæ mente solùm concepta, in actum planè non prorupère externum, sese extendit. Vid. latius Fr. Svarez. *de legib. lib. III. c. 13.*

V. Conatus autem, actus sc. voluntatis, ut Philo- ^{Aliud dicē-} *sophi vocant, imperatus, seu exterior, ad delictum per-* ^{dum de co-} *petrandum directus, cum inchoata sit delicti commissio,* ^{natu.} *in foro quoque civili est puniendus. De pœnâ cona-* *tus diversimodè leges Romanæ statuere videntur. No-* *bis rem hanc ita explicare placet: Aut respectu agentis* *delictum est in actum deductum ita, ut quantum in ipso* *fuit, sit consummatum delictum; & à parte tantùm pa-* *atientis quid intervenit, ob quod instar conatûs se habe-* *at. Aut verò ne à parte quidem agentis delictum perfe-*

ttttt

ctè



ctè est commissum : sed inceptum solum & attentatum. Priori casu interest, an omnimodâ patientis voluntate quid fiat, & licet sec. intentionem agentis, qui existimat se invito illud inferre, sit delictum, *l. 46. §. 8. de furt.* quia tamen non fit invito, adeoque deest id, quod ad formam delicti pertinet, reverâ non est delictum, nec quis, præsertim quod pœnam spectat civilem, ex delicto est obligatus. *§. 8. init. de oblig. quæ ex del. nasc. junct. d. l. 46. §. 8. in fin.* an verò sciat quidem patiens, sed non aliter permittat fieri, quàm ut delinquentem deprehendat, cum aliàs non voluisset fieri: & tunc pœna delicti ordinaria obrinet. *d. §. 8. vers. unde 1. de oblig. quæ ex del. l. 20. C. de furt.* Posteriori casu distingvendum videtur: aut ex interno principio fit, ut delictum non perficiatur, quando scilicet ipse, qui conatus est, pœnitentiâ ducitur & vel nulla, si nimirum nulli injuria illata. *l. 19. ad L. C. de fals. l. 1. C. de crimin. stell.* vel levi saltem is afficitur pœnâ *l. 11. de injus voc. l. 21. §. 7. de furt.* add. Menoch. *l. 2. de arb. jud. quest. cap. 360.* Covarruv. *in elem. si furiosus part. 2. n. 6.* Aut verò conatus externo cohibetur principio: quando nimirum altero resistente, aliove interveniente, quis impeditur, quo minus, etiamsi velit delictum possit consummare: ac extraordinariè secundùm modum admissi infligitur pœna, quæ prout actus vel delicto est proximior vel remotior, variat. *l. 1. pr. & §. ult. de extraord. crim. d. l. 21. §. 7. de furt. l. 3. de his qui not. infam. l. 1. §. ult. quod quisq. juris in al. P. H. D. art. 178. verbis:* So iemand einer Missethat sich unterstehet/ und doch an Vollbringung der Missethat durch andere Mittel wider seinen Willen verhindert wird/ &c. Neque aliud

aliud in Pandectis sacris statutum, & non rectè in contrarium allegatur locus. *Exod. XXI. 14.* quem in vulgatâ fideliter non esse verum monet Andr. Tiraquellus de *pæn. temper. aut remiss. caus. 38. n. 3.*

VI. Excipiuntur tamen Jure Romano crimina, quibus enormiter publica turbatur tranquillitas. Cum enim hæc meritò in societate civili singulari sit conservanda curâ, adeoque ejus violatio graviter coercenda: & verò ista securitas etiam solo facto, ad ista crimina patranda directo, insigniter lædatur: ideò non iniquè, crimine licèt haud planè perfecto, ordinaria statuta est pœna. *Vid. l. 1. §. 3. ad L. C. de sicar. l. 7. C. eod. l. 1. ad L. Pompej. de parricid. l. 5. C. ad L. Jul. Maj. c. 1. de homicid. in VI.* Quod etiam consuetudine (præterquam in homicidio) modò conatus ad actum delicto proximum pervenerit servatur. *Vid. Dn. Carpz. prax. crim. 1. q. 17. 62. q. 41. n. 4. q. 35. n. 28. q. 37. n. 11. Coler. dec. 167. n. 104. Conf. Anton. Matth. de crimin. l. 48. tit. 5. n. 11. & Disput. 1. de crimin. th. 9. Molin. de just. & jur. tract. 9. Disp. 24 & tract. 2. Disp. 631. n. 3.*

VII. Dicimus: II. *sponte commissum*: ad excludendum damnum casu fortuito datum *l. 11. §. 2. de pæn. l. 1. l. 5. ad L. C. de sicar. l. 31. ad L. Aquil. Ord. Crimin. art. 146.* Non obst. *l. 5. §. f. l. 11. §. 8. de pæn. add. l. 9. de incend. ruin. nauf. l. 2. in fin. de term. mot.* Eorum verò quæ sponte fiunt, alia fiunt cum electione seu dolo; §. 18. *J. de oblig. qua ex del. nasc. l. 3. de injur. l. 7. ad L. C. de sicar. l. 14. C. ad L. Fab. de plagiar. l. 20. C. ad L. C. de fals. l. 31. eod. vel saltem à sciente & volente, ut per impetum & ex affectu iræ &c.* *l. 11. §. 2. l. 16. §. 2. de pæn. l. 7. §. ult. ad L. J. repet. add.*

Non comittitur delictum casu fortuito, sed sponte. Et quidè perfecte dolo.

Vel à sciente & volente.

inc. ruin. naufr. C. illa cavenda. 6. q. 1. XV. Ordin. Crimin. artic. 137. add. Exerc. 19. th. 13. 14. Atque ita perfectum delictum admittitur. dd. text. Arist. 1. Rhet. 13.

Imperfectè
culpâ.

IIIX. Alia sine electione fiunt, seu culpâ & negligentia committuntur: *vid. d. Exerc. 19. th. 13. 15.* Huiusmodi factum constituit delictum imperfectum, atque, secundum culpæ modum, extraordinariâ pœnâ coercetur. *l. 16. §. 8. de pœn. l. 108. de R. J. l. 1. §. 3. l. 15. ad L. Corn. de sicar. ordin. crim. d. art. 146.* Add. Ant. Matth. *d. tract. prolegom. cap. 1. n. 2. 3.* In quibusdam tamen casibus ob latam culpam singulariter legibus fustigatio. *l. 9. l. 11. de inc. ruin. naufrag. l. 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. l. 2. in fin. de term. mot.* vel etiam capitalis pœna sta-

Aliqn. pro- pter latam culpam singulariter infligitur pœna corporalis. tuitur: Ita qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, h. e. non eo animo dent, ut is, cui datur, isto poculo pereat, tamē quia mali exempli res est, eo abortionis poculo mulierē, aut poculo amatorio hominē, sive marē sive fœminā, perire, summo supplicio afficiuntur. *l. 38. §. 5. de pœn.* quemadmodū illum text. bene illustrant libri Βασιλικῶν *Lib. 50. tit. 5. l. 38. §. 51.* his verbis:

Ο δειδωκὼς πῖμα πρὸς Φίλτρον ἢ ἀμβλωτρίδιον καὶ χυεῖς δόλα, εὐτελής μὲν ὡν μεταλλίζεται, τίμιος ἢ ἐξορίζεται μὲν μερικῆς δημόσεως. εἰ δ' ἀπίθανεν ὁ πῖων, ἐσχάτως τιμωρεῖται. Qui abortionis aut amatorium poculum dat, etsi dolo careat, humilior quidem in metallum damnatur, honestior verò relegatur publicatâ parte bonorum. Quod si eo is, qui bibit, perierit, ultimo supplicio adficitur. Cæterū cū lex Aquilia, damnū injuriâ datum vindicans, respiciat damni reparationem: ideò in isto delicto perinde est, an dolo an culpâ fuerit perpetratum. Exerc. 14. th. 20. Atque hæc ita se habent quan-

quando dolo vel culpâ propriâ quid committitur. Quod si culpa aliena in aliquem redundet, & quis tantum ex culpâ præsumtâ teneatur, quasi delictum dicitur. *Vid. t. t. J. de obl. quæ ex quasi del. d. Exerc. 14. th. 30.*

Excus'pâ a-
lienâ indu-
citur qs. de-
lictum.

IX. Est quædam culpæ species ignorantia, quam dividit Aristoteles III. *Ethic. 7.* in eam, quæ fit sine electione. Illa est malitiosa, adeoque remissionem aliquam pœnæ non meretur: *l. 38. §. 4. in fin. ad L. Jul. de adulter.* circa hanc interest an sit ignorantia juris an facti. *Exerc. 28. th. 52.* Ignorantia juris vel est naturalis vel positivi: illius ignorantia non excusat *d. l. 38. §. 1. 2. 3. 4. l. 2. C. de in jus voc.* (Alii dicunt excusare eam, quoad pœnam jure humano positam. *Zœs. in Cod. de jur. & fact. ign.*) Hujus ignorantia, quod sc. ea continet, quæ omnes subditi scire facile possunt & debent, itidem regulariter non excusat, *Arist. d. 3. Eth. 7. (ubi dicit: & illo ignorantes puniunt legislatores, qui ignorant aliquid eorum, quæ legibus continentur, quæ scire oportet & difficilia non sunt. l. 9. C. de Legib. l. 12. C. de jur. & fact. ignor. aliquando tamen ignorantia statutorum in civibus novitiis & advenis meretur veniam. Curt. Sen. cons. 27. n. 18. Roman. cons. 251. n. 3. Gail. 2. o. 48. n. 28. Dn. Tabor. thes. loc. comm. lib. 9. tit. 3. axiom. 13. Allegans verò ignorantiam juris eam probare debet. Molin. de J. & J. tract. 5. Disp. 78. n. 2. Honded. l. 1. cons. 5. Conf. Menoch. arbitr. jud. quæst. 72. n. 3. & l. 6. præsumt. 23. n. 51. remed. 16. recup. poss. nu. 28. Mascard. de probat. concl. 879. Ignorantia facti excusat l. pen. ad L. Jul. de adulter. Ant. Matth. de crimin. l. 48. tit. 3. cap. 20. num. 5.*

Culpæ ali-
qua species
est ignomn-
tia.

X. Ex dictis sequitur (1.) quod planè delictum non

ttttt 3

com-

Non ergo cõ-
mittit deli-
ctū i. furios⁹.

committat, qui rationis usu caret, indeque nec doli nec culpæ argui potest, vel propter furorem *l. 12. ad L. C. de sic. l. 3. §. 1. de injur. l. pen. §. ult. ad L. Pomp. de parricid. l. ult. in fin. de admix. tut. l. 40. d. L. J. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. nisi dilucidis intervallis sapiat, & eo tempore deliquerit. l. 14. de off. pras.* Sed quid si ante furorem crimen admissum, an furore superveniente subjici pœnæ saltem extraordinariæ delinquens poterit? *N. cum Ant. Matth. d. tr. proleg. c. 2. n. 7. Carpz. 3. q. 145. n. 22.* vel propter ætatem, infans sc. *§. 9. de inut. stip. Arist. 1. M. M. 34. l. 12. ad L. C. de sic. §. 18. h. l. 3. §. 1. de sep. viol. l. 2. §. 1. vi bon. rapt. l. 3. §. 1. de injur.* Vid. *Dn. Carpzov. 3. q. 143. n. 9. & 30. Matth. d. c. 2. n. 2.* (2.) Qui ratione imperfectè utuntur, pro modo admissi mitius puniuntur, ut propter morbum melancholiæ Vid. *Heig. 2. q. 38. n. 25. & seqq. Theodor. coll. crim. Disp. 20. th. 4. h. Dn. Carpzov. d. q. 145. n. 53. Zacch. quest. Medicoleg. L. 2. t. 1. q. 9.* propter ætatem five teneram, ut infantia & pubertati proximi *Arist. 3. Eth. 4. §. 18. h. l. 7. C. de pœn. c. 1. c. 2. de delict. pueror.* Vid. *Dn. Carpzov. d. l. n. 21. 35. Matth. d. c. n. 2. 3. 4.* five senilem, Vid. *Dn. Carpz. q. 144. n. 36.* Huc etiam referri possunt ebrii, *l. 6. §. 7. in fin. de re mel. C. sanè. q. 1. XV. c. inebriaverunt. q. 1. XV. Farinac. part. 3. oper. crim. quest. 93. n. 1. Tiraquell. de pœn. temp. caus. 6. n. 1. Dn. Carpzov. d. q. 146. num. 32. Ant. Matth. d. tract. prolegom. c. 2. non ebriof. dd. Ant.*

2. Mitius punitur melancholicus, infantia & pubertati proximus.

3. ebrii.

Ordinaria pœnâ afficiuntur i. prodigi.

XI. E contrario (1.) cum prodigi perfectum intellectum habeant, ne quidem mitiganda in illis pœna, arg. *l. pen. de inc. ruin. naufrag. l. 23. §. 2. de edil. edict.* Vid. *Matth. d. c. n. 11.* Non obst. *l. 40. de R. J.* Decidi etiam hinc potest,

potest, (2.) quod surdi & muti, si appareat illos usu ratio-
nis non destitui, perinde ac alii homines delinquant &
puniri debeant *arg. l. 3. §. 8. 10. de S. Et. Sylan. modò ex eo-*
rum signis atq; nutibus de confessione delicti, & de qua-
litate delicti ex testium depositionibus constet. Gomez.
3. var. resol. c. 1. n. 69. Petr. Theodor. Colleg. crimin. D.
10. th. 4. Dn. Richter. in l. 10. C. de testament. nu. 44 45.
Molin. tr. 3. D. 37. n. 3. ubi limitat, nisi esset delictum con-
tra solum jus positivũ: quia constare non posset, culpabiliter
eum id jus esse transgressum. Conf. Dn. Carpz. 3. q. 147.
Matth. d. c. 2. n. 12. Blas. Michalor. tract. de cæc. surd.
& mut. c. 45. & 46. ubi etiam disquirat an talis torqueri
possit. Præterea (3.) minores in delictis regulariter non
excusantur, nec ab ordinariâ poenâ liberantur. l. impuni-
tas. C. de poen. l. 37. §. 1. de minor. c. 6. de homicid. in 6. Ord.
Crim. art. 164. Vid. Dn. Carpz. d. l. n. 59. & seqq.

2. muti &
surd.

3. minores;

XI. Non solum verò is delicti reus, qui illud facto
suo ipse commisit, sed & qui facto suo ad commissio-
nem illius concurrat. Vid. Molin. de J. & J. tract. 2. D.
729. n. 1. Concurrat autem (1.) consilium suggerendo:
idque aut simplici adhortatione, & si delictum fuerit se-
cutum, non nisi leviori poenæ erit locus. *arg. §. 11. h. l. 36.*
pr. de furt. l. 20. de qui not. inf. l. 1. pr. l. 3. §. 4. ad L. C. de
sicar. l. 16. pr. de poen. Menoch. arb. jud. q. 351. n. 17. aut
persuasione, instructione & subministratione modi &
occasionis ad delinquendum: & ita idem delictum cum
delinquente admittitur l. 12. ad L. Jul. de adult. limitans
tamen communiter, nisi alter absque consilio tali fuisset
commissurus, tunc levius punietur instruens N. 134. c.
10. l. 1. §. 2. de extr. crim. d. §. 11. h. l. 53. de V. S. l. 36. de
furt.

Delictũ cõ-
mittitur etiã
i. consilio.

furt. l. 11. §. 6. de injur. Matth. in l. 48. t. 18. c. 4. n. 18. Add. Clar. 5. §. f. q. 88. ibiq. Bajardus. Menoch. de a. 1. q. 351. Theodor. Colleg. crimin. D. 7. th. 6. lit. e. circ. fin. Dn.

2. auxilio.

Carpz. 2. q. 71. n. 56. (2) auxilium scienter ferendo & quidem aut ad ipsius delicti perpetrationem, sive ante sive in ipso crimine, & dist. solent inter auxilium proximum, quod poenâ ordinariâ plectendum & remotum, quod extraordinariâ. l. 54. §. 4. de furt. l. 7. ad L. P. de parric. l. 1. §. 1. ad L. C. de sicar. l. un. C. de crim. pec. d. Nov. 134. c. 10. l. un. C. de rapt. v. g. l. 2. ad L. Pomp. de Parric. O. Crimin. art. 177. Vid. Stephan. in d. art. Matth. in d. l. 48. t. 18. c. 4. n. 19. Dn. Carpz. 1. q. 37. n. 59. q. 42. n. 62. p. 22. n. 13. & 2. q. 87. ubi latè de auxiliantibus in furto q. 89. n. 56. Aut post delictum jam perpetratum, & dist. an quis participaverit de illo, quod fortè delicto ablatum, & ratione ejus poterit conveniri l. 14. C. de furt. an verò tantùm ad occultandum delictum opem tulerit & extraordinariè punitur. Vid. Dn. Carpz. 2. q. 87. n. 39. 40. & 4.

3. mandato.

q. 134. n. 62. (3.) mandato: si nim. quis per alium delictum, quod ipse vult admissum exsequatur, & tam mandans quàm mandatum exsequens ordinariâ poenâ afficiendi ad L. 15. C. de sic. l. 5. C. de accus. l. 11. §. 3. de injur. Exerc. 18. th. 5. Matth. c. 1. n. 12. Dn. Carpz. 1. q. 4. q. 37. n. 48. q. 50. n. 32. 2. q. 91. n. 21. Add. Zœl. ad L. Aquil. n. 20. Molin. tr. 2. D. 550. n. 3. Sed quid si mandatarius fines mandati excesserit. Vid. Dn. Carpz. d. q. 4. n. 17. Molin. 16. n. 6. 7. Non autem quod de mandante dictum, in ratum habente obtinet. Vid. Matth. d. c. 1. n. 14. Quia per ratihabitionem sequentem non fuit causa damni dati antea. Molin. tr. 2. D. 729. n. 3. Alia est ratio in

CON.

contractibus: eo enim ipso, quod nomine ipsius celebrati sunt, & id ipse ratū postea habet, ipsius nomine ratū celebratumve esse meritò statuerunt jura, ut perinde id haberetur, ac si ipse à principio mandatū ad id dedisset. *Molin. ib. n. 4. Add. Decian. lib. 9. tr. crimin. c. 38. n. 2. & seqq. (4)* permittendo: sc. qui cum possent & deberent prohibere, nō ^{4. permisso.} prohibuerunt, his sec. circumstantias poena extraordinaria infligitur, exceptis criminibus quibusdam. *l. 9. §. 1. ad L. C. de fals. l. 2. 6. ad L. Pomp. de parric. l. un. C. de rapt. virg. l. 6. C. ad L. Jul. Maj. Vid. Matth. d. c. 1. n. 15.*

XIII. Cæterum delictum sumitur vel latè & cri- ^{Delictorum} men etiam complectitur *l. 1. 2. de legib. l. 1. & 5. §. f. de pæn.* ^{divisio.} vel strictè & opponitur crimini *d. l. 2. §. 8. C. de vet. jur. enucl. l. 17. §. 18. de edil. edict.* Distingvuntur delicta *priori sensu* in privata; extraordinaria; popularia; & publica. *Pac. Isagog. h. n. 1. 2. Conf. de aliis divisionibus Matth. c. 3.* Delicta privata sunt, in quibus potissimùm læsio privati attenditur, adeoque is, cujus interest inde apud magistratum experitur, ut reus ex delicto ipsi obligatus ad refarciendum damnum, vel etiam ad poenam pecuniariam ipsi præstandam condemnetur. *l. 7. §. 1. de injur.* Ita enim ordinariè ex delictis privatis civiliter agitur: potest verò etiam ex illis quis criminaliter agere ad poenam scil. corporis afflictivam aut mulctam fisco inferendam *l. f. h. l. ult. de furt. §. ult. de injur. §. 10. J. eod.* unius tamen electione altera tollitur, si utraque ad vindictam competat *l. 6. de injur. l. 56. §. 1. de furt. l. 14. de accus.* Non obst. *l. un. C. qn. act. civ. cr. prax.* Vid. Matth. *in L. 47. t. 1. c. 4. n. 3.* Ista tamen criminalis persecutio distingvenda ab accusationibus publicis, quæ fit ex delictis

uuuuu

pu-

publicis. *Add. Exerc. seq. th. 2.* Sunt autem delicta privata quatuor *pr. 7. h.* Lædit nim. quis alterum aut rem auferendo (*vel aliàs ad suum lucrum adhibendo*) sive clam, & dicitur *furtum*; sive vi apertâ & dicitur *rapina*: aut alteri in re personavè ejus damnum inferendo: ubi spectatur vel ipsum *damnum* injuriâ datum, quod vindicatur *Lege Aquiliâ* de quâ *Exerc. 14. th. 18.* Vel injuriosum factum, & dicitur in specie *Injuria*. Cæterum quid obtineat, si plura delicta concurrant *sec. l. 2. h.*, explicatum est *Exerc. 46. th. 95.* & quæ actiones ex delicto heredibus ac in heredes dentur, quæ non *l. 1. h. d. Exerc. th. 80. & seqq.*

Tit. II.

De Furtis.

Jung. L. 6. T. 2. C. de furt. & serv. corr. L. 5. T. 18.
de furt. L. 5. T. 18. x. de furt.

Furti definitio.

XIV. Furtum est contractatio fraudulosa lucri faciendi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisvè *l. 1. §. f. de furt. §. 1. 7. de oblig. quæ ex del. nasc.* Vel: furtum est delictum privatum rem alienam mobilem, fraudulenter invito domino lucri faciendi gratiâ, contractando commissum, quo quis obligatur ad pœnam læso præstandam *§. 1. h.*

Formale.

XV. Formale itaque furti consistit in contractatione (non in simplici inficiatione *l. 67. h. l. 3. §. 18. de acq. vel am. poss.* Non obst. *l. 47. eod.* Vid. *Matth. in L. 47. t. 1. c. 1. n. 4. nec in solo animo furandi l. 21. §. 7. l. 1. §. 8. l. 52. §. 19. h. l. 7. de extr. crim.*) illâ, quæ tam respectu ipsius lædentis, lucrum injustum scienter respicientis, quàm respectu læsi, cui non nisi invito fit injuria, fraudulenta sit. *Add. Bonifac. tr. de furt. §. animo lucrifaciendi n. 3. 4.*

Alter

Alterutrum si defuerit, non est furtum, si nimir. vel domino volente fiat, licet contrectans animum lucri facendi habeat §. 8. h. l. 48. §. 2. l. 43. §. 5. h. Non obst. l. 46. §. 7. eod. §. 12. §. de oblig. ex del. nasc. nisi dominus ideò patiatur fieri contrectationem, ut in ipso facto furem deprehendat d. §. 8. l. 20. C. h. Vid. Matth. d. t. 1. n. 6. Confer. Molin. de §. 7. & §. tr. 2. D. 6. 81. vel cum quis existimat se justè ac volente domino lucrari, cum tamen invito fiat §. 7. h. l. 46. §. 7. l. 75. pr. eod. Non etiam est furtum, si desit animus lucrum facendi l. 39. h. Non obst. (1.) l. 82. §. 2. b. (2.) l. 77. eod. Non verò hinc inferendum, quod is, qui famis necessitate vel simili inopià adactus quid surripit, furtum non committat, licet poena minuatur, vel etiam aliquando, si exigua res sit, remittatur. Ordin. crim. art. 166. ubi Stephan. Matth. d. tr. l. 47. Tit. 1. cap. 1. num. 7 Dn. Carpzov. prax. crim. p. 2. q. 83. num. 43. 46. Dn. Tabor. racemat. crimin. 3. ad tit. C. de furt. num. 36. Conf. Thom. 2. 2. quæst. 66. art. 7.

XVI. Contrectatio autem vel fit immediatè vel mediatè. Immediatè contrectatur res à fure, vel rem ipsam intervertendi & sibi habendi animo, qui animus apparet ex ablatione, & cum eà conjunctus est, licet aliquando istam uti destinaverat planè perficere impediatur. l. 7. §. 2. l. 21. pr. & §. seqq. l. 22. l. 56. §. 3. Non obst. l. 27. §. ult. h. Vel usum saltem possessionem vè rei sine voluntate domini, vel ejus, ad quem pertinet possessio, sibi capiendo. §. 6. §. d. t. l. 3. §. 18. de acq. vel amitt. poss. Singulare est in servo fugitivo, quod is sui furtum facere intelligatur l. 60. pr. h. Mediatè fit contrectatio, & eà quis crimen furti etiam incurrit (1.) quando quis adjuvat consilio & ope, ut alius ipse contrectare rem & auferre

Contrectatio est vel mediata vel immediata.

uuuuu 2

pos-

possit *l. 53. in fin. de V. S. l. 30. §. 3. l. 52. l. 22. h.* vel ablatam ejusve pretium retinere queat, eam sc. celando *l. 48. §. 1. h. §. conceptum. 4. in fin. §. de oblig. quæ ex dol. nasc. Add. th. 12. n. 2.* aut scienter rem furtivam emendo. *l. 12. vers. nam extra. h. t.* (2.) quando quis mediante servo vel alio furetur, sive initio jusserit, sive postea rem ablatam susceperit *l. 14. C. h. add. l. 52. §. 3. h.* Cæterum non tam ad mediatam quàm immediatam contrectationem pertinet, si quis tabulas aut instrumenta subtrahat *l. 27. l. 32. C. h.* item si quis prætenso mandato depositum falsò recipiat, aut æs alienum exigat *l. 19. C. h.* vel falsa pondera pro veris ad fraudandum secum contrahentes subjiciat *l. 52. §. 22. h.* quia immediatè quis rem contrectat, licèt media adhibeat, ut possit eam auferre, perinde ac si scellas vel instrumenta ad effringendum usurpet.

Objectum
furti.

XVII. Contrectatur ita res mobilis *§. 2. de usuc. l. 25. h. l. 38. de usuc. (etiam liber homo, qui est in potestate patris §. 9. h. l. 14. §. 13. l. 38. eod. Add. Hortens. in d. §. 9.)* & in illâ etiam minimi pretii furtum committitur *§. 16. de r. d. l. 14. §. ult. l. 26. l. 27. l. 37. h. N. 69. c. 1.* sive ipsa res illi, qui jus in re habet, *§. 10. h. l. 66. pr. l. 12. §. 2. l. 19. §. 5. 6. h.* vel cujus aliàs interest *§. 17. h. e. g. ratione custodiæ præstandæ, aut impensarum servandarû, auferatur; sive ad usum non concessum adhibeatur §. 6. h. l. 12. §. 2. l. 40. l. 54. h. l. 15. §. 59. h.* Non solùm igitur rei alienæ sed etiam propriæ furtum fieri potest, quia ad furtum non est necessarium, quod sit res aliena, verùm sufficit, quod fiat alicujus juris, e. g. possessionis, ratione, quod sit alienum: *vid. l. 15. h. junct. l. 35. §. f. de pign. act. Add. Fr. Amaya 2. o. 9.*

XIIIX.

XVIII. Sed quæritur si ex toto aliquo partem quis auferat, ane totius an verò partis solùm furtum faciat? In tantum tenetur quis furti, quantum abstulit *l. 21. pr. §. 8. h. l. 22. §. 1.* Si verò totum, quod animo furandi contrectavit, potuit auferre, totius fur est *d. l. 21. §. 8.* Non obft. *l. 22. §. 2. h. Conf. l. 50. pr. eod.* Cæterum condictio ratione rerum non ablatarum non datur. *d. l. 21. §. f. h.*

XIX. Distingvitur furtum in manifestum & non manifestum. *§. 3. J. h. nec datur mixta species furti.* *Matth. d. l. c. 11, Dn. Tabor. d. l. rac. 2. th. 21.* Non obft. *l. 21. pr. h.* Illud dicitur, quando fur in actu furandi durante à quovis apprehenditur: *l. 7. §. f. h.* apprehenditur autem ita vel verè (1.) in ipso furto. (2.) in loco, quo rem contrectat. (3.) antequam eò pervenerit, quò rem perferre destinaverit: vel fictè (1.) si furem fugientem proximè insequamur. (2.) si fur, qui videtur, acclamatur *§. 3. h. l. 7. §. 1. 2. h. Ord. crim. art. 158.* Hoc est, quando fur in actu furandi nullo modo apprehenditur *d. §. 3. h. l. 5. h. Ord. crim. art. 157.* Vid. Bocer. *tract. de furt. c. 1. n. 11. & seqq.*

XX. Oritur ex furto actio furti, quæ datur illi, in quem furtum commissum, contra furem & quidem manifestum in poenam quadrupli; non manifestum in poenam dupli *§. 5. h.* Quadruplabitur autem vel duplabitur in furti actione, si dominus agat ob rem surreptam, non quod interest, sed verum rei pretium. *l. 50. pr. l. 80. h. (Non obft. l. 22. §. f. h.)* & tanti res esse censetur, quanti venire potest *l. 52. §. pen. & ult. h.* Sed & si res rebus humanis esse desierit, cum judicatur, nihilominus condemnatio facienda est. Idemque etsi nunc deterior sit, æstima-

uuuuu 3

tione

tionerelatâ in id tempus, quo furtum factum est. Quod si pretiosior facta sit, ejus duplum, quanti tunc, cum pretiosior facta sit, fuerit, aestimabitur, quia & tunc furtum ejus factum esse, verius est *d. l. 50. pr. h.* Sin verò actio non domino competat, sed ei, cujus interest rem non surripi, tunc aestimatio revocatur ad id, quod interest, h. e. ad utilitatis rationem, quæ fuit apud istum, veluti possessionis *l. 74. h.* vel pignoris *l. 12. §. f. l. 27. l. 46. §. 1. h.* Add. Dn. Tabor. *d. rac. 2. th. 83. 84.* Anton. Matth. *d. l. c. 2. 4.*

Hodierna
pœna.
Jure com-
muni.

XXI. Cum verò postea compertum fuerit: istam pœnam furtis coercendis non esse sufficientem: hinc gravior non quidem omnibus indistinctè sed enormioribus furibus pœna & quidem criminalis Jure Carolino statuta: juxta quod dist. inter simplex furtum cum singulari vi conjunctum, ac unde sæpius præter ablationem rerum etiam aliud periculum metuendum. Hoc ordinariè ultimo supplicio, aliquando extra ordinem pœnâ aliâ corporis afflictivâ punitur. *Ord. crim. art. 159.* Vid. Carpzov. *q. 79.* *Jurg. l. 1. §. 1. 2. de effract.* Circa illud dist. an furtum sit primâ an secundâ an tertiâ vice commissum: si primâ vice, interest an furtum sit parvum s. infra quinque solidos, an magnum: si parvum, aut non manifestum est, & pœna ejus est duplum, sive carcer inunctâ simul restitutione rei ablatæ, *vid. art. 157.* aut manifestum, & res est restituenda, & insuper pœna infligitur fustigationis, vel ratione circumstantiarum alia mitior, *vid. art. 158. add. art. 167. 168. 169. 170.* Vid. Carpzov. *q. 78. n. 97.* Sin verò magnum, pœna itidem erit arbitraria, quæ ratione circumstantiarum etiam capitalis esse potest, irrogatur *Vid. art. 160.* Vid. Clud. *de condict. furtiv. c. 50.*

n. 47.

n. 47. 56. Dn. Carpzov, d. q. 76. n. 13. Secundâ vice itidem poena est arbitraria *vid. art. 161.* Vice denique tertiâ commissi poena est suspendiũ s. ultimum supplicium. *art. 162.* Quæritur autem (I.) si tria furta sint commissa, an nullâ habitâ rerum surreptarum æstimationis ratione fur suspendi debeat? Et quidem Constitutio Carolina simpliciter furem ob furtum tertium commissum suspendendum esse statuere videtur: æquior tamen est sententia in pluribus quoque furtis rerum surreptarum æstimationem esse considerandam ita, ut laquei poena non infligenda sit, nisi earum pretium quinque aureos ungaricos excedat: idque Collegium Juridicum in Academiâ Helmstadiensi semper considerâsse & sæpissimè ita pronunciâsse: in aliis quoque Facultatibus Juridicis & Scabinatibus quotidie observari, experienciâ se didicisse asserit Andreas Cludius *d. tract. c. 50. n. 56.* Add. Dn. Carpzov. *p. 4. c. 32. def. 5.* Quæritur (II.) Quomodo tria furta cõputanda sint? Tria furta dicuntur diversis planè temporibus in diversis rebus perpetrata: non igitur tria furta sunt, licèt quis in auferendis rebus singulis ex aliquo acervo s. conclavi sæpius ierit redieritque. Matth. *d. l. c. 3. n. 11.* Qr. (III.) An tum demum ob tertium furtum poena capitalis infligenda, si reus ob primum & secundam jam poenâ aliquâ ante affectus sit? Sanè Constitutio Carolina nec hoc requirit: æquior tamen videtur esse sententia illud asserens, quia inemendabilis fur (*ein verleumbder Dieb*) is demũ videtur, quem poena bis inflicta non correxit. Matth. & alleg. *d. l. n. 11. circ. fin.*

XXII. Jure Saxonico non attentâ vi aut reiteratio- Jure Saxona
ne quibuslibet furibus, nisi furrum sit modicum, poena
laquei

laquei imponitur. Landk. lib. 2. art. 13. add. Dn. Carpzov. prax. crim. p. 2. quest. 77. n. 10. 11. Similiter Jure Saxonico Electorali is, qui ultra quinque aureos ungaricos optimos furatus fuerit, etiamsi primum hoc furtū cōmiserit, laqueo punitur. Part. 2. const. Elect. 32. ubi add. Dn. Carpzov. def. 1. & seqq. In Collegio nostro Juridico & Scabinatu observatur, ut non infligatur pœna suspendii, nisi furtum sit XX. Joachimicorum. Infra hanc summam fustigatio aut relegatio vel carceris pœna juxta varietatem rei ablatae & circumstantiarum dicitur. Cæterum quæritur: anne furis suspensi aut suspendii damnati, & in carcere mortui heredes ad æstimationem rei furtivæ consumptæ teneantur. Quod de Jure Romano affirmandum videtur. arg. l. un. C. qn. civ. act. crim. prajudic. add. Matth. d. l. 11. c. 4. n. 3. Ast moribus non quidem suspensi, sed damnati ad suspendium, & ante id mortui heredes tenentur. Dn. Carpzov. in P. 4 c. 32. def. 23. Decis. Electoral. Saxon. 86.

Pœna mortis
non injustè
irrogatur fu-
ribus.

XXIII. Infligi verò ob furtum pœnam laquei injustum esse volunt Scotus in 4. d. 15. q. 3. Alex. Alens. 3. part. 9. 47. m. 4. Andr. Rivet. in explic. 8. Præcept. Amesius l. 5. de conscient c. 2. Bachov. ad Wesenb. tit. de furt. Anton. Matth. de crimin. in l. 48. Digest. Tit. 1. c. 2. n. 6. Joh. Jac. Wiessenbach. Disputat. jur. civil. 41. thes. 10. Verùm pœnam illam non esse injustam apparebit, si attendas in statuendis & æstimandis pœnis non solum damnum illatum esse considerandum, sed & ipsam actûs vitiositatem, & Principem potestatem habere puniendi delicta subditorum prout viderit efflagitare commune Reipubl. bonum, atque ut finis pœnarum obtineatur.

Vid.

Vid. Molin. de Just. & Jur. tract. 3. D. 695. n. 1. Martin. Chemnit. 2. part. loc. Theolog. in 7. praecept. circ. fin. (ubi scribit: *Queritur hic: an justum sit fures punire suspendio, cum lex divina hanc poenam non constituerit? Sed vera responsio est, constitutiones Mosaicæ nostras Politias non obligare, quæ facinorosis rectè possunt poenas imponere, pro ratione illius regula, ut communis pax & tranquillitas conservetur, malum de terrâ auferatur, audacia reprimatur, ut cæteri timorem habeant, multis enim grassantibus, opus exemplo. Et ipse Deus in Politiâ Mosaicâ ostendit poenas furti pro circumstantiâ rei ablatae vel mitigari, vel exasperari, ut quidam quadruplum, quidam quintuplum reddant, quidam venudentur, quidam morte mulctentur*) Dn. Carpzov. Prax. Crim. p. 2. q. 77. Dn. Tabor. Racem. criminal. analyt. expos. ord. Crim. art. 160. Clud. de conduct. furtiv. d. c. 15. n. 17. & seqq.

XXIV. Porro notandum, quod ob singularem conditionem personæ actio furti nec civilis, nec criminalis de Jure civ. locum habeat (1.) inter patrem & filium l. 16. l. 17. h. Ex. in l. 52. §. 5. h. l. 1. 2. 5. 6. 7. 9. de obseq. par. & patr. prest. (2.) inter maritum & uxorem l. 52. §. 1. 2. h. l. 17. C. eod. ord. crim. art. 165. datur tamen actio rerum amotarum, de quâ Exerc. 30. th. 63. & seqq. (3.) si domino servus d. l. 17. vel etiam mercenarius furatus fuerit l. 89. h. l. 11. §. 1. de poen.

Quibusdam casibus non datur jure Romano furti actio.

XXV. Similiter nec hodie poenâ mortis aut corporis afflictivâ plectitur (1.) furtum inter parentes & liberos commissum: Dn. Carpzov. d. p. 2. c. 38. def. 3. prax. crim. p. 2. q. 82. n. 42. aut (2.) inter conjuges. P. H. S. art. 165. Dn. Carpzov. d. l. Servus verò & mercenarius

Hodierna poena etiam mitigatur certis casibus.

xxxxx

per-



perinde ac alius furti tenetur. Constit. Elect. l. 4. c. 38. Clar. s. rec. sent. 9. furtum. num. 22. & ibid. Bajard. n. 85. Bocer. d. tract. c. 2. n. 146. Dn. Carpzov. in d. c. 38. d. l. nisi ratione denegati salarii quid subtraxerit. Id. def. 2. Cæterum hodie quoque mitior poena infligi solet. (3.) ob consanguinitatem, intercedentem inter furem & eum, cui res surrepta, usque ad quartum gradum ex Constit. Electorali, imò & ob proximam affinitatem. Dn. Carpzov. d. c. 38. def. 4. & 5. (4.) impuberibus, non verò minoribus P. H. S. 164. Dn. Carpzov. d. c. 38. def. (5.) inventori, malâ fide inventum occultanti. Theodor. Colleg. crimin. Disp. 2. th. 8. b. (6.) administratori & tabellariis pecuniam furantibus. Id. lit. c. Dn. Carpzov. in const. 41. part. 2. & prax. crim. p. 2. q. 85. (7.) ad furandum opem consiliumvè præstanti: nisi ad ipsum furandi actum auxilium præstiterit, & de furto participaverit eam quantitatem, quæ juxta constitutiones aut consuetudinem ad infligendam suspendii poenam sufficit. d. p. 4. const. Elect. 39. & 40. Dn. Carpz. in d. c. (8.) furum furtorumque receptatoribus. Dn. Carpz. prax. crim. p. 2. q. 87. n. 49. (9.) eumentibus scienter res furtivas. Id. n. 54. (10.) rem ablatam restituentibus. Theodor. d. l. 9. Clud. d. tr. c. 50. n. 60. (11.) piscantibus in alienis rivis, aquis & fluminibus. vid. P. H. S. art. 169. add. Dn. Carpzov. d. l. 2. quest. 84. n. 77. & seqq. ubi & num. 1. & seqq. latè agit de furtibus ferarum. (12.) cadavera sepulorum aut punitorum spoliantibus. p. 4. c. 34. & Dn. Carpzov. ib. (13.) si non satis constet de re ablatâ ejusque quantitate. p. 4. const. Elect. 34. ubi Dn. Carpz. Non verò legitimè damnato si incolumis rupto laqueo in terram ceciderit. Theodor. d. l. 1.

Tit.

De tigno juncto.

XXVI. Proponuntur porro speciales quædam ad furtum spectantes actiones, quæ singularia quædam habent: sive ratione objecti; sive respectu personarum, quæ furtum admittunt; sive ratione subjecti. Ratione objecti peculiaris est actio de tigno juncto ex LL. XII. Tabb. Actionis de tigno juncto descriptio. quâ is, qui alienum tignum ædibus suis vel vineæ junxit, tenetur domino tigni ad duplum ejus nomine, quippe quod eximi prohibitum est, præstandum *l. 1. h.*

XXVII. Datur igitur hæc actio domino (*ejusq. hereditibus*) tigni, quod ædibus vel vineæ alienæ junctum. Cui datur. §. 30. *J. der. d.* Tigni autem appellatione continetur omnis materia, ex quâ ædificium constat, vineæque necessaria: *vid. l. 1. §. 1. h. l. 7. ad exhib. Add. Rosin. lib. 8. antiq. Roman. tertiâ parte LL. XII. Tabb. n. 63. verb. vineæque concapes. Dn. Tabor. racem. crimin. ad h. t. th. 2. §. 7.*

XXIIX. Competit, contra eum, qui tignum alienum convictus est junxisse, h. e. inclusisse, & vinxisse, ædibus vel vineæ. *l. 1. pr. & §. 2. h.* Qr. autem (1.) an solum ob tignum furtivum, an verò ob quodlibet alienum detur hæc actio? Posterius affirmandum nobis videtur *arg. (1.) l. 7. §. 10. de a. r. d. §. 30. J. de action. conf. §. 3. J. de usufr. & (2.) arg. l. 1. pr. h.* quia sc. etiam ratio introductæ hujus actionis in tigno non furtivo obtinet. Qr. (2.) an etiam detur contra eum, qui ignorans tignum esse alienum aut furtivum b. f. junxit? Quod aff. *arg. l. 23. §. 6. de R. V. add. thes. seq.* Qr. (3.) an detur contra fabrum tignarium, qui junxit, licet ædes non possideat? Ita quidem statuit Dn. Tabor, *d. l. th. 19.* Verùm hoc nobis

vix videtur asserendum: aut enim (1.) ipse faber furatus est, & tenebitur ut fur, actione furti, non ut jungens tignum ædificio; aut (2.) tignum ab ædificante comparatum jungit, & tunc ipse, *sive sciat esse alienum sive ignoret*, ut operarius, & nomine alieno jungit, adeoque non faber, sed qui conduxit fabrum ut jungeret, junxisse & actione hæc teneri dicendum; aut denique (3.) est redemptor operis ἐργολάβος: & de hoc quidem sententia affirmans juxta communem hujus actionis naturæ explicationem verosimilis videtur. Ast cum hæc actio in locum rei vindicationis ac eum in finem sit introducta, ne tignum necesse sit eximere: ideò non contra redemptorem operis sed contra locatorem, & cujus nomine ex contractu jungitur solo, dari existimo, *conf. l. 39. de R. V.* Et hic aliàs restituere ipsam rem, vindicatione conventus, teneretur: regressum verò habebit contra redemptorem operis & actione locati duplum, quod solvit, ab illo rectè repetet. Hinc (4.) resultat quæstio: an ergo & contra eum datur, cui is, qui junxit ædes, vendidit? Quod negandū videtur, quia sc. Lex XII. Tabb. contra eum introduxit hanc actionem, qui junxit (*sive ipse, sive per alium, qui ejus nomine & ex contractu cum ipso inito incluserit*) & potest is post alienationem quoque hæc actione conveniri, atque sufficit ipsum tempore inclusionis ædes possedisse.

Ad quid.

XXIIIX. Dari hanc actionem in duplum dicitur in *l. 1. pr. h.* Verùm controvertitur inter interpretes, an & contra b. f. possessorem in duplum detur; ac si detur, an sit ratione ejus poenalis an mixta? Alii namque eum, qui b. f. s. ignorans tignum esse furtivum vel alienum, id junxit suis ædibus, solùm ad pretium restituendum teneri
pu-

putant per *l. 98. §. ult. in fin. de solut.* Alii eum, si tignum furtivū fuerit, in duplum convenire posse statuunt, aliās in simplum per *d. l. Cujac. 73. o. 19.* Alii simpliciter in duplū ipsum teneri existimant *arg. §. 30. J. de r. d. l. 7. §. 10. de a. r. d.* Eā tamen adhibitā differentiā, quod contra b. f. jungentem sit actio mixta, cui & simplum insit, adeoque tignum diruto quoque ædificio non possit vindicari *d. §. 30. in fin.* contra m. f. jungentem instituta, sit actio merè poenalis, adeoque diruto ædificio tignum ipsum possit vindicari: *l. f. h.*

XXIX. Mihi placet noviter statuere actionem tam ratione bonā fide quā ratione malā fide jungentis esse merè rei persecutoriam, & contra utrumque dari in duplum, ita, ut hoc contineat pretium rei ac æstimationem ejus, quod interest. Introducta enim hæc est actio in locum rei vindicationis: *l. 23. §. 6. de R. V.* cum Lex XII. Tab. solvere non permiserit tignū alienū ædibus vel vineis junctum, ne ædificia diruantur, s. urbes ruinis deformatur, vel vinearum cultura turbetur *d. l. pr. h.* neque opus fuit contra eos, qui ipsū furati sunt tignū, vel scienter tignum alienum emunt & jungunt, & inde furtum incurrun (*§. 2. J. de usuc.*) singularem actionem poenalem de tigno juncto introducere, cum & LL. XII. Tab. fures non manifesti duplo puniti fuerint, *Clud. de condict. furtiv. c. 50. num. 4.* Tantūm igitur loco tigni, quod restituere ipsum non potest, quilibet sive b. f. sive malā fide jungens tenetur duplum non ut poenam, sed ut pretium tigni, unā cum eo, quod interest, duplo æstimati, præstare. (Non obstat *d. l. 98. §. ult. in fin. de solut. ubi pretium opponitur ipsi rei, & solum negatur, quod tignum ipsum nequeat vindicari, non*

Nos statui-
mus esse in-
distinctè
hanc actionē
merè rei per-
secutoriam.

xxxxx 3

AN-

autē pretii mentione denegatur ejus, quod interest, repetitio. add. Dn. Tabor. d. l. p. 333.) Neque ullibi leges illam diversam naturam hujus actionis, sed eam solūm differentiam inter b. & m. f. jungentem, tradunt, nim. b. f. jungentem, quando constat ædificiū, non aliā quā hāc de tigno juncto teneri actione, quā si duplum fuerit consecutus, eum non posse deinde diruto ædificio ipsum tignum vindicare. §. 30. in fin. de r. d. Ast m. f. jungentem etiam teneri rei vindicatione & actione ad exhibendum, non quidem ut ipsum tignum inclusum restituere debeat, sed ut tanquam is, qui dolo desit possidere, teneatur ad id, quanti in litem juraverit dominus tigni. d. l. 23. §. 6. de R. V. l. 1. §. f. de tign. junct. Cujusmodi actione, vel etiam actione de tigno juncto, si tigni furtivi nomine ædibus actum & quis litis æstimationem, aut duplum, ab eo, qui sciens esse alienum consecutus sit, nihilominus ipsum tignum, diruto ædificio vindicari potest. l. 2. h. t. Non igitur singulare quid hīc de eo, qui mal. fid. tignum junxit traditur, sed idem illud quod in aliis, qui dolo desinunt possidere, lege statutum est, quod sc. licet æstimatio litis sit id quod interest sit præstitum, tamen ipsa res adhuc rei vindicatione peti possit. l. 7. de R. V. l. 17. §. pen. de petis. heredit. l. 95. §. 9. de solution.

B. f. jungens
exemptione
tigni se liberare à præstatione dupli
nequit.

XXX. Denique circa b. f. jungentem tignum quaeritur: an is dupli condemnationem evitare possit, si tignum eximere velit? Quod negandum videtur per l. 6. ad exhib. d. l. 98. §. f. de solut. l. 1. h. jung. l. 2. C. de adif. priv. l. 52. de contrah. emt. l. 7. de offic. Praesid. l. 41. §. 1. de legat. 1. Neque etiam facile tignum, quod quis ædificio inclusit & vinxit, absque ædium incommodo, vel vitibus

Exerc. XLIX. Lib. 47. tit. 4. si is, qui testamento liber esse &c. 1963

vitibus junctum sine aliquâ vinearû culturæ turbatione
eximi poterit; neque ædibus ita aptatum alienis domino
commodum erit accipere. Add. Hillig. ad Donell. l. 4. c.
33. c. Dn. Tabor. d. l. sh. 28. Diss. Donell. d. 4. com. 33. Cæ-
terum actio de tigno juncto in duplum hodie exolevit:
consulitur verò domino materiei actione in furtum ad
consequendum pretiû, & id, quod interest. Groenevveg.
in §. 30. de r. d.

Ufus hodie-
nus.

Tit. IV.

*Si is, qui testamento liber esse jussus erit, post
mortem domini ante aditam hereditatem
surripuisse aut corrupisse quid
dicetur.*

XXXI. Ratione personarum, quæ ob furtum conveni-
untur, tres hîc speciales furti actiones proponuntur. Pri-
ma edicto Prætoris proposita de coërcendis furtis & da-
mnis à servis, testamento manumissis, hereditati illatis.
Isti enim intelligentes, libertatem sibi testamento adscri-
ptam esse, non rarò solebant hereditatem depeculari &
alia damna inferre: cui malitiæ cum remediis communi-
bus nō satis commodè occurri posset, siquidem his, qui-
bus libertas testamento data fuerat, neque ut liberi da-
mnari neque ut servi propter spem libertatis proximam
coërceri poterant. *vid. l. 1. §. 1. & 15. h. junct. l. 17. l.
68. de furt. l. 33. de a. r. d.*

Actio furti
vel etiam da-
mni contra
servos testa-
mento ma-
numissos.

XXXII. Est igitur actio ex hoc edicto, quæ datur
intra annum heredi *l. 1. pr. contra servum*, cujus dolo,
cum testamento liber esse jussus fuerit, factum est, post
mor-

Ejus descri-
ptio.

mortem domini ante hereditatem, quò minus ex his bonis ad heredem perveniret, ut duplum præstet. *l. 1. pr. add. §. §. & leg. seqq.* Dn. Tabor. *d. racemat. crim. ad h. t.*

Tit. V.

Furti adversus nautas, caupones, stabularios.
sc. quomodo agatur.

Contra exercitorem navis cauponis aut stabuli ob furtum ministri & inhabitantis. XXXIII. Secunda actio ex edicto Prætoris prodita est in eos, qui naves, cauponas, stabula exercent, in duplum, si quid à quoque eorū, quos quasve (*Ita enim in quibusdam exemplaribus rectè legi ipse contextus ostendit*) ibi habebunt, furtum factum esse dicetur. *l. 1. pr. §. 2. h.*

Eadem traditur in *l. f. naut. caup. stab.* XXXIV. Proponitur hæc actio etiam superius occasione actionis de recepto *l. 6. §. 3. & l. f. naut. caupon. stabul. ut rec. restit.* & non solum ad furta sed & alia damna pertinet *dd. text. vid. Exerc. 8. thes. 112. & seqq.* Hic verò in specie iterum ratione furti tractatur hæc actio ex qs. delicto exercitoris, in cujus navi cauponâ vel stabulo furtum admissum ab iis, quorum operâ utitur: *l. 1. §. 6. Wesenb. Zœs. h. Diss. Dn. Tabor. qui aliam putat hanc actionem ab istâ. d. racem. ad h. t. tb. 31.* Similiter & eorum factū præstat caupo & stabularius, qui habitandi causâ ibi sunt, non autem viatorū: ut nec exercitor navis vectorum. Namque viatorem sibi eligere caupo vel stabularius non videtur, nec repellere potest *regulariter* iter agentes: inhabitatores verò perpetuos ipse quodammodo elegit, qui non rejecit, quorum factum oportet eum præstare. *d. §. 6. d. Exerc. th. 115.* Cæterum servi sui nomine exercitor noxæ dedendo se liberat. Cur ergò non exercitor condemnatur, qui servum tam malum in

nave

Exerc. XLIX. Lib. 47. tit. 5. furti adversus nautas, caup. & c. 905
nave admisit? & cur liberi quidem hominis nomine te-
netur in solidū, servi verò nomine non tenetur? nisi fortè
idcirco quod liberum quidē hominem adhibens, statu-
ere debuit, de eo, qualis esset: in servo verò suo igno-
scendum sit ei quasi in domestico malo, si noxæ dedere
paratus sit. Si autem alienum adhibuit servum; quasi in
libero tenebitur. *d. l. un. § 5. h.*

XXXV. Nihil autem interest quoad hanc actio-
nem sive furtum ope & consilio exercitoris factum sit,
sive eorum alicujus, qui in eā nave navigandi causā esset.
l. 1. pr. h. quia non contra ipsum furem datur hæc actio, sed
ob aliud furtum contra exercitorem, cui culpa imputatur
d. l. 1. §. 6. & 2. Wes. Zœs. h. Diss. Dn. Tabor. d. l. th.

Hæc actio
non datur ra-
tione certi
furis.

XXXVI. In potestate verò ejus est, cui res subre-
pta, utrum malit cum exercitore honorario jure hæc a-
ctione, an cum fure jure civili (*ex quo & quidem ex LL.*
XII. Tabb. primam originem trahit actio furti, postea per Pra-
tores, quoad furtum manifestum, mitigata & aliter infor-
mata. pr. l. de perpet. & temp. action.) experiri *d. l. un. §. 3.*
Quod si recipit salvum fore caupo vel exercitor navis,
furti actionē nō dominus rei surreptæ, sed ante cum ipse
habet, quia recipiendo periculum custodiae subiit. *l. un. §.*
4. h. l. 4. naut. caup. stabul. junct. l. 12. pr. l. 14. §. 10. 16. de furt. §.
15. l. eod. Non autem intelligitur *in d. §. 4. l. un. h.* ex-
pressa promissio de re præstandâ salvâ, sed ipsa receptio
tacitè hanc promissionem continet *d. §. 4. verb. recipien-*
do, sc. res in navem cauponam aut stabulum periculum subiit.
d. Exerc. 8. th. 108. Diss. Dn. Tabor. d. l. th. 21. Cæterum u-
su hodierno dupli pœnam non obtinere tradunt Chri-
stin. *§. dec. belg. 65. n. 21. Groenevveg. de Leg. abrog. h. t.*

Concurrat
cum eâ ele-
ctivè actio
furti.

Quæ etiam
aliqu. datur
exercitori
præ domino.

yyyyy

Schultz.

Schultz. & Cyprian. Regner. in §. ult. h. Simon van Leu-
vven. censur. for. cap. 30. num. 3. in fin. Diss. Dn. Tabor. d. l.
tb. 32.

Tit. VI.

Si familia furtum fecisse dicetur.

Actio furti
propter fami-
liam in do-
minum, ut
dedat, vel u-
nam pœnam
præstet.

XXXVII. Tertiò, si familia, h. e. plures servi unius
domini, eo ignorante, furtum fecerint, utilissimum edi-
ctum prætor proposuit, quo dominis prospiceret adver-
sus maleficia servorum: videlicet, ne cum plures furtum
(quod servile probrum appellat Tacitus l. annal. 48. 6.) ad-
mittant, evertant domini patrimonium, si omnes dede-
re, aut pro singulis æstimationem litis offerre cogatur.
Datur igitur arbitrium hoc edicto, ut si quidem velit ad-
dicere noxios servos, possit omnes debere, qui partici-
paverunt furtum: enimverò si maluerit æstimationem
offerre: tantum offerat, quantum si unus liber furtum fe-
cisset, & retineat familiam suam. l. 1. pr. h. h. e. pœnæ no-
mine duplum, & condictionis simplum præstet. l. 2. h.
Non obst. l. 9. de Jurisd. l. 34. de injur. Resp. n. stricto jure ob de-
licta servorum plures pœnæ s. pro singulis æstimatio esset à do-
mino præstanda, quia tot sunt delicta quot sunt Personæ, d. l.
34. de injur. l. 31. §. 9. de furt. Sed ex æquitate Domino succur-
ritur, ut præstatione ejus, quod præstandum foret, si unus liber
delictum commisisset, liberetur, ne totam familiam teneatur
propter unum delictum (sc. si plures personas non consideres,
quarum respectu videntur plura esse delicta) noxæ dare, l. 32. ad
L. Aquil. d. l. 9. verb. domino succurrendum. d. l. 1. pr. h. Quod eò
magis procedit (1.) si plures consilium suppeditarunt, ab uno
verò ipsum delictum commissum. d. l. 9. in f. (2.) In furto, quip-
pe cum unum factum, nim. ablatio rei, videatur subesse d. l. 9. l.
1. h. t. Furtum enim respicit rem, quæ sicut una est, licet eam
millia furum auferant, ita ejus ablatio dicitur unum factum.

At

Alit in damno dato à pluribus tot sunt damna, quot manibus
damnum est illatum, & injuriâ illatâ tot sunt contumeliæ, quot
Personæ contumeliam inferentes. Similiter in albo corrupto
non attenditur sola corruptio albi, sed contemptus Prætoris:
pluribus igitur licet unum album lacerantibus, tot tamen sub-
sunt contemptus Prætoris, quot Personæ lacerantes *add. Zas. in
d. l. 9.* Ex æquitate verò succurri Dominis etiam in aliis deli-
ctis, à servis commissis, apparet ex *d. l. 32. ad L. Aquil. l. 1. pr. verb.
maleficia §. 2. h. t.* Hanc verò æquitatem non vult accommoda-
tam edictum *in d. l. 9.* ad casum, quo familia album corruptit,
quia hic contempta Majestas Prætoris vindicatur, adeoque hic
specialiter strictum jus quod etiam in aliis injuriis, si non ex æ-
quitate succurreretur Domino, obtineret, servatur. *d. l. 9.*

XXXIIX. Ista verò facultas non datur domino, si ^{Nisi sciente}
sciente eo furtum est factum: nam tunc & suo nomine ^{domino fur-}
& singulorum servorum nomine conveniri potest noxa- ^{tum commif-}
li judicio: nec unâ æstimatione, quam homo liber suf- ^{sum.}
ferret, defungi poterit. *d. l. 1. §. 1. h.* is autem accipitur
scire, qui scit, & potuit prohibere. Scientiam enim spe-
ctare debemus, quæ habet & voluntatem: Cæterum si
scit, & prohibuit, tum dicendum est, usurum edicti bene-
ficio. *d. l. 1. §. 1.*

XXXIX. Pertinet hoc edictum etiam ad damnum ^{Idem obtinet}
culpâ à pluribus servis datum. *d. l. 1. §. 2. d. l. 32. ad L. A-* ^{in damno il-}
quil. Ad injuriam, à pluribus servis illatam, hoc edictum ^{lato.}
non est extensum. *d. l. 34. de injur. junct. d. l. 32. ad L. A-* ^{Ut & injuriâ}
quil. & d. l. 1. §. 2. h. Vid. latiùs Dn. Tabor. *ad h. t. th. 20.*

Tit. VII.

Arborum furtim cesarum sc. nomine quo-
modo agatur.

XL. Denique singularis actio, affinis actioni furti, ^{Actio arbo-}
yyyyy 2 ^{rum furtim}
ratio- ^{cesarum.}

ratione arborum furtim casarum competit ex LL. XII. Tabb. cum quâ concurrat actio ex L. Aquiliâ. *l. 1. pr. h. l. 28. §. 6. de jurejur.* ut & actio furti, & condictio furtiva, si cæciderit & lucri faciendi gratiâ contrectaverit *l. 8. §. 2. h.* imò & qui arbores fructiferas cæciderint etiam tanquam latrones puniuntur. *l. 2. h.* Actio arborum furtim casarum est, quæ datur domino contra illum, qui ejus arborem clam ipsoque ignorante cædit, ut duplum damni poenæ loco præstet *l. 1. l. 3. §. 3. h.*

Ejus causa.

XLII. Causa igitur hujus actionis non est furtum, sed furtiva s. clandestina cæsis arborum *l. 7. §. 1. l. 8. §. 1. h.* unde ejus eadem causa esse dicitur, quæ est Legis Aquiliæ, sc. damnum datum *l. 5. §. 1. h.* Quid verò arboris appellatione hîc contineatur, *l. 2. l. 3. l. 4.* & quid cædere significet *l. 5.* exponitur. Add. Dn. Tabor. *in h. t. th. 3. & seqq.*

Cui detur.

XLII. Datur domino sive directo sive utili *d. l. 5. §. ult.* cujus arbores sunt furtim casæ: non usufructuario *d. l. 5. §. 2.* nisi fortè utilis *arg. l. 22. de aq. & aq. plu. ar. act.* Licet verò is, qui tempore læsionis fuit dominus, agrum, in quo arbor est posita, postea vendiderit, nihilominus furtim arborum casarum agere potest, quia ratione rei competit hæc actio, sed ex delicto, quo cædens obligatur ei personæ, cui damnum intulit *l. ult. h. l. 56. de O. & A.* Quod si arbor eadem plurium fuerit, cædens omnibus obligatur, sed ita, ut si uni poenam præstiterit, à cæteris sit liber *l. 6. §. 1. h.*

Contra quæ.

XLIII. Competit adversus eum, qui arborem succidit vel deglabravit, vel subsecuit, vel cinxit, vel aliquid eorum fieri imperavit *d. l. 5. pr. l. 7. §. 2. §. 4.* nec refert an

tota arbor an pars caesa sit. *d. l. 7. §. 3.* si plures deliquerint, cum singulis in solidum agetur *l. 6. pr. h.* Add. Dn. Tabor. *h. th. 37. & seqq.*

XLIV. Est hæc actio in duplum *l. 7. §. fin. h.* facta ^{Ad quid.} æstimatione ejus, quanti domino interest non lædi: deducitur itaque pretium ipsarum arborum caesarum, quæ apud dominum manent *d. l. 8. pr. h.* Videtur autem hæc actio mixta, ita sc. ut duplum non sit mera pœna, sed contineat ipsius damni persecutionem. *arg. l. 9. l. 1. l. 6. §. f. h.* Dn. Tabor *d. l. th. 43.* Hodie ob arbores ex petulantia clam caesas, præter restitutionem damni, pœna est arbitraria *O. Crim. art. 168.* Jure Saxonico est 30. solidorum, vel ratione circumstantiarum alia severior pœna arbitraria. *P. 4. constit. Elector. 37.* Dn. Carpzov. *p. 2. prax. crim. q. 83. n. 6. 7.* Si verò non nocendi solùm animo, sed lucrificandi gratia arbores quis caedat, pœnam furti tenetur, quæ tamen ratione circumstantiarum mitior dictari solet. vid. *Id. d. l. n. 22. 24.*

Hodiernus
usus.

Tit. IIX.

Vi bonorum raptorum & de turbâ.

Jung. L. 6. T. 33. C. vi bonorum raptorum.

XLV. Exposito furto & specialibus quibusdam eò <sup>Descriptio
vis bonorum
raptorum.</sup> pertinentibus actionibus sequitur (*vid. thes. 13. circ. fin.*) Vis bonorum raptorum, quæ est delictum privatum, quo quis dolo malo rem alienam mobilem lucrificandi animo vi (*saltem destinata l. 1. §. 9.*) aufert, aut damnum in eam dat: & inde obligatur ad restitutionem simpli & pœnam tripli *pr. §. 1. J. h. l. 1. pr. & §§. seqq. h.*

XLVI. Datur hæc actio vi bonorum raptorum *d.* ^{Cui detur,} *l. 1. §. 17. h.* illi, cujus interest rem non esse vi raptam vel

yyyyy 3

COF-

corruptam (*videntur nimir. & rapta qua corrupta alicui relinquantur l. 4. §. 10. h.*) *l. 1. §. 22. & seqq. h. Perez. n. 1. C. h.*

Contra quæ.

XLVII. Competit contra illum, qui dolo & vi rem mobilem animo lucri faciendi rapuit: vid. *Matth. l. 47. c. 1. n. 5.* aut corrupit, causamvè dederit quò fieret *l. 2. §. 2. & seqq. h.* Si quis autem rem suam, vel quam suam existimabit vi rapuerit, non tenetur hâc actione sed aliter punitur *l. 1. h. l. 2. §. 18. h. l. 7. C. unde vi. Non obst. l. 3. C. h. Matth. d. c. 1. n. 3. add. Exerc. 45. thes. 115.* Dicimus rem mobilem per *l. 1. 2. C. h.* Immobilium invasio dicitur, cuius nomine vel interdictum competit, *d. Exerc. 42. thes. 175.* vel conditio triticiaria. *l. 2. de condict. tritic.* vel Judicium publicum *L. Julix l. 5. ad Jul. de vi priv. l. 3. §. ult. ad L. Jul. de vi publ. Matth. in L. 47. t. 2. c. 1. num. 4.*

Ad quid.

XLIIIX. Tendit hâc actio in quadruplum intra annum utilem, *v. l. 2. §. 13. h.* h. e. ad rem tantum, quia resp. tripli est prætoriana pœnalis, non solita excedere annum *Vid. Perez. d. t. n. 5.* Est autem pœna tripli sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non *l. 52. §. f. de furt.* Ridiculum enim esset levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quàm qui clam amovet *pr. in fin. f. h.* h. e. ridiculum esset in duplum, cui tamen & simplum infit, tantum teneri raptorem, ac ita in eo levioris esse conditionis, quàm furem: licet aliàs sec. propriam naturam suam aliquando hâc actio, quàm post actionem furti & iudicium publicum Prætor introduxit, sit mitior: videatur simile planè exemplum *in l. 5. §. 2. 3. 4. de public. add. l. 3. naut. caup. stab.* Non verò prodest ei, qui vi rapuit,
ad

Exerc. XLIX. Lib. 47. tit. 9. de incendio, ruinâ, naufragio. &c. 911
ad evitandam poenam, si ante iudicium restituat rem quâ
rapuit. *l. 5. h. Add. Dn. Carpz. 2. q. 90. n. 55.*

XLIX. Conveniri quoque poterit raptor actione ^{Criminale}
furti vel non manifesti *l. 1. h. l. 88. de furt. vel manifesti l. 80. §. 3. l. 52. §. ult. de furt.* ^{judiciū con-}
Concurrit etiam hâc actione ^{tra raptorem,}
iudicium publicum legis Julix de vi. *l. 3. l. pen. ad L. Jul.*
de vi publ. add. Exerc. seq. hodie actio ista civilis vi bono-
rum raptorum ad poenam tripli in usu non est, sed cri-
minale iudicium, & poena raptoris, præsertim in itinere
publico vi illatâ rem auferentis, est capitalis gladii *O.*
crim. art. 126. Vid. Exerc. seq.

L. Ad violentum damnum quoque refertur, quod ^{Actio de da-}
in turbâ, s. decem aut quindecim hominibus coactis, ^{mno in turbâ}
licet non ab ipso turbam concitante, dolo factum est: ^{facto.}
daturque eo nomine actio in factum contra eum, cujus do-
lo malo in turbâ damnum factum est intra annum in du-
plum post annum in simplum *l. 4. pr. §. 1. §. 11. & seqq. h.*

Tit. IX.

*De incendio, ruinâ, naufragio, ratis, nave
expugnata.*

LI. Deinde ad rapinam & damnum violentum
pertinet, si quis occasione incendii ruinæ, naufragii, ra-
tis, navis expugnatae dolo malo rapuerit, damnivè quid
dederit, & datur intra annum utilem actio in quadru-
plum, post annum in simplum *l. 1. & seqq. h. t. ruin. naufragio.*
& quidem non solum is tenetur, qui vi tale quid perpe-
travit, sed etiam, qui ipse vim nullam adhibuit *l. 3. §. 4. 5.*
h. Sicut enim in turbâ, cui conjuncta semper quædam
violen tia, damnum datum in vim incidit, licet vis in dan-
do

do damnum non adhibita: ita quoque qui in tali tumultu ex incendio, expugnatione navis &c. orto, alicui in trepidatione constituto nocet, vim inferre videtur.

Tit. X.

De Injuriis & famosis libellis.

Jung. L. 9. T. 35. C. de injur.

Definitio injuriæ.

LII. Injuria (*vid. th. 13. c. f.*) est delictum privatum, quo alteri contumelia dolo infertur *l. 3. §. 1. l. 13. §. 4. in fin. l. 15. §. 24. 46. & seq. §. 3. h.*

Divisio.

LIII. Estque vel realis, quæ facta aliquo ad probri & turpitudinis noram comparato committitur *l. 1. h.* Vel verbalis, quæ fit vel verbis ore prolatis, vel scriptis: cujus injuriæ, quæ scripto fit, singularis species est, quæ dicitur famosus libellus.

Formale injuriæ

LIV. Requiritur dolus, consistens scil. in animo injuriandi, *l. 3. §. 1. §. 3. 4. l. 4. h.* qui animus ex ipso dicto factove injurioso in doli capacibus præsumitur, ita ut illum negans, istum abfuisse ostendere debeat. *l. 5. C. h.* Vid. Matth. *in L. 47. t. 4. n. 10.* Dn. Carpz. *prax. crim. 2. q. 97. n. 2. & seqq. & 2. resp. 64. & 4. c. 42. d. 7. §. 9.* Sim. van Leuvv. *cenfur. for. c. 25. l. 5. n. 4.* Dn. Richter. *reg. 2. n. 64.* Quæri solet: an veritas convitii excuset à pœna injuriarum? Quod neg. si animus injuriandi ex ipsis circumstantiis appareat (1.) per text. *l. 5. C. de injur.* ubi licet *fides* non significet veritatem convitii s. criminis objecti, sed veram narrationem, quam in suis precibus erat complexus, ad quæ rescriptis Imperator: apparet tamen distingvi, an absque convitii consilio, an verò animo injuriandi crimen homicidii sit objectum: à falsi enim criminis inculpatione animus injuriandi vix aberit: (2.) *arg. l. un. C.*

de

MANTISSA COROLLARIORUM
Quibus Veritas sententiæ
DE QUINTUPLICI JURE
IN RE ACTIONES REA-
LES PRODUCENTE
vindicatur.
AUTORE J. C. SCHINDLERO.

I.

Datur *Quintuplex Jus in re actiones reales producens, DOMINIUM, SERVITUS, POSSESSIO, PIGNUS, HEREDITAS.* Quæ sententia principiis Juris nullatenus repugnat; Secus ac novissimè contra *EXCELLEN-
TIS SIMUM. JC. DN. HAHNIUM* statuere non veritus est
DN. JACOB. BORN LIPSIENS. in suâ Inaugurali, de *Jure
in re actiones reales producente.*

II.

Accipio autem *Dominium* in specialissimo & famosiori signi-
ficatu, scilicet pro jure in rebus singularibus & corporalibus com-
petente. Ita enim expressè contra distinguitur reliquis speciebus
in l. 13. §. 1. C. de judic. l. 37. de acquir. hered. l. 4. pr. comm. divid. §.
1. circ. fm. J. d. action. aliisq; textibus.

III.

Ex hoc *Dominio* fluit actio realis, quæ vocatur *Rei vindicatio*,
estq; species ad genus, *vindicationem*; & hæc prædicatur de omni-
bus in rem actionibus. §. 15. J. d. action. l. 25. pr. d. O. & A.

IV.

Dominium verò in latiori seu specialiori significatione acce-
ptum quodvis jus in re comprehendere, ipse statuit *DN. Hahnus*.
Cum larvis igitur, non cum *Hahnio* pugnat, qui *actiones reales o-
mnes ex dominio* hoc sensu *promanare* statuit.

V.

Hinc qui *Dominium* (latè sumtum) *unam juris in re speciem esse
dicit*, & tamen *dominium* subdistinguit, quod sit vel rerum corpo-
ralium

ralium, vel incorporalium; hoc iterum vel universale, vel singulare, utique is ipse *quatuor* species (non unam tantum) juris in re agnoscit, scil. (1.) dominium strictè dictum (uti sæpiùs in LL. sumitur) (2.) Dominium universale s. jus hereditarium. (3.) dominium servitutis. (4.) dominium pignoris s. jus pignoris. Nec quicquam interest, an initio unam speciem juris in re ponam, & hanc in species infimas subdistingnam, cum statim sub genere *Juris in re* species istæ quatuor (de possessione post videbimus) collocentur. Exempla etiam in Philosophicis passim occurrunt.

VI.

In specie *Servitutem* quod attinet, argumentum Dissentientis est hoc: *Quicquid ipsum vindicatur non est jus in re, seu causa producens actionem in rem s. vindicationem. Atqui servitus vindicatur E. Ad quod Resp. (1.) per instantiam: Dominium vindicatur. §. 4. f. d. action. E. dominium non est jus in re; quod est absurdum. (2.) Quod in iis, quæ in jure consistunt, nihil sit absurdi, id ipsum jus, quod peto, producere actionem, quâ illud peto. Major igitur solum procedit, quando res corporalis vindicatur, quæ non potest ipsa producere actionem, quâ petitur; quia omnis actio profluit ex jure quodam. (3.) Servitus potest dupliciter sumi; vel pro jure, quò competit servus, quod *Dissentiens* Dominium servitutis vocat; & hoc sensu servitus jus in re dicitur: vel pro re, quæ competit, & hæc vindicatur.*

VII.

Possessionem deinde (ut juxta ordinem, quem *Dissentiens* servat, procedam) quod spectat, nulla est consequentia. *Possessio est detentio, quæ facti est, E. non datur jus possessionis. Sicuti non sequitur: Retentio est facti, E. non datur jus retentionis: quod tamen ipse Dissentiens admittit: Aliud enim est possessio s. actus detentionis; aliud jus possessionis s. illius detentionis.*

IIX.

Frustra quoque est hæc illatio: *Datur possessio injusta. E. non datur jus possessionis: Ratio: quia ad ea, quæ juris sunt, prædicatum injusti nequaquam pertinet. Nam injusta possessio dicitur ratione acquisitionis, quæ planè extrinseca est ipsi possessioni: Jus autem possessionis dicitur ratione potentia seu facultatis legitima indeq;*

indeque venientis effectus; quod jus & quam facultatem vel effectum tribuunt leges possessioni etiam injustè acquiræ. Vid. l. 2. uti possid.

IX.

Dari autem *Jus possessionis*, expressè probant l. 44. pr. de Acquir. poss. l. 2. §. 38. ne quid in loc. publ. l. 5. C. de liber. caus. Sed forsitan malè accepta est ibi vox *juris*? Ita quidem videtur illi, cui bona non suppetit responsio. At ego malim proprietatem vocis amplecti, quam ita malè respondere, arg. l. 69. pr. de Legat. 3. l. 1. §. 20. vers. seq. de exerc. act.

X.

Ex hoc itaque *iure possessionis*, tanquam causâ proximâ, omninò promanant actiones reales, veluti pro interdicto *uti possidetis*, *Utrubi*: Quod inde probo, quia possessor, cui datur interdictum *uti possidetis*, contra alterum, qui possessionis controversiam ipsi facit, sibi vindicat s. defendit possessionem. l. 1. §. 6. l. ult. uti possid. Nunc autem defendens sibi possessionem, non personalem, sed realem instituit actionem; nulla enim actio personalis eò tendit, ut jus, quod quis habet, Prætor tueatur, sed solum ut alter quid præstet ex obligatione. §. 1. J. d. action. Quod verò in §. æquè. 2. J. d. t. quem tantoperè urget *Dissentiens*, dicitur, actiones reales competere, his, qui non possident, contra illos, qui possident, id secus obtinet in interdicto, *uti possidetis*, quippe de quo satis vexatum vers. Sane uno casu. in d. §. 2. cum DOCTORE MEO OPTIMO, Magnifico DN. STRUVIO Exerc. XIII. th. 48. accipiendum putaverim: Et ille ipse vers. ex d. l. 1. §. 6. uti possid. est defunctus, uti verba manifestè innunt. Interdicti *Utrubi* eadem natura est ac potestas. §. 4. J. d. Interdict. Hinc patet, à veritate quàm longissimè abire *Dissentientem*, quando dicit, *omnes actiones pro interdictis competentes esse personales*.

XI.

Quantum ad *pignus* s. *jus pignoris* ex quo actio realis Hypothecaria (Serviana & qs. Serviana) producitur, frustra quoque hic se opponit *Dissentiens*. Nam (I.) sic argumentatur: *Quicquid est objectum actionis alicujus, illud non potest esse ejusdem causa efficiens. Atqui Jus pignoris est objectum actionis (hypothecarie.)* E. Resp. Consequen-

86
sequentia majoris non semper procedit, quod patet ex *Coroll. VI. Resp. 2.* Deinde minor planè est falsa, cum non petatur jus pignoris per hypothecariam, sed potius res oppignorata; jus enim ut persequar non est opus, quippe quod etiam ex nudâ conventionè absq; rei traditione competit, & retineo etiam si rem pignori traditam amiserim: Proinde ratione juris persequor rem. §. *Item Serviana 7. ibi: Experitur quis de rebus coloni, que pignoris jure tenentur. 7. de action. (II.)* Ita infert *Dissentiens: Omnis vindicatio fluit ex dominio. Hypothecaria est species vindicationis. E. Resp. Concedendo totum argumentum, quia profus non repugnat sententiæ Dn. Hahnii. Vid. supra Coroll. IV.*

XII.

Tandem negat *Dissentiens* Hereditatem s. Jus hereditarium constitui posse causam efficientem proximam actionis realis, scil. petitionis hereditatis, cum illud sit ejusdem objectum. Ita autem inferre vult: *Hereditas s. jus universale in bonis defuncti dicitur in LL. peti, vindicari. E. Jus hereditarium non est causa efficiens petitionis hereditatis, sed objectum.* Verùm negatur consequentia per dicta in *Coroll. VI. Resp. 1. & 2.* Ex ipso namque jure hereditatis s. jure successionis l. 1. §. 1. *de rer. divis. peto, ut declarem heres, & res hereditariæ mihi restituantur. l. 1. §. 1. verb. ex suo jure: Si pars heredit. petat. l. 9. l. 10. de heredit. petit.* Quod jus hereditatis si quis velit dominium hereditatis appellare, perinde erit; cum nihil hoc ipso aliud, quàm illud jus universale in bonis defuncti, significabit; unde etiam ipse *Dissentiens*, dum Dominium hereditatis istud appellat, nihil refragatur *Dn. Hahnio*, qui ipsemet hoc facillimè largitur.

ET TANTUM EX LIBERTATE ACADEMICA
PRO VERITATE QUÆ OMNIBUS
PATET.







ULB Halle
005 132 673


3



V077







427.

1662, 38 16

QVOD DEUS BENE VORTATI
PRÆSIDENTE
VIRO
MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTIS-
SIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,
DN. GEORG-ADAMO Struben
Hæreditario in Uhlstädt/
Jcto & Antecessore hujus Salanæ celeberrimo,
Consiliario Saxonico, Curia Provincialis & Scabina-
tus Assessore, Facultatis Juridicæ Seniore gra-
vissimo,
DN. PATRONO, PRÆCEPTORE ATQVE PROMOTORE
SVO MAXIME SUSPICIENDO,
EJUSDEM
SYNTAGMATIS JURIS-
PRUDENTIÆ
EXERCITATIONEM XLIX.
DE
PRIVATIS DELICTIS ET
EXTRAORD. CRIMINIBUS,
CUM MANTISSA COROLLARIOR.
Quibus veritas sententiæ
DE QVINTUPLICI JURE IN RE ACTIONES REA-
les producente à Lipsiensi quodam novissimè oppugnata
vindicatur.
PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT
JO. CHRISTIANUS SCHINDLERUS,
ZITTAVIENSIS.
AD D. IV. SEPTEMBR. H. L. Q. C.
JENÆ, Typis JOHANNIS NISII, ANNO M. DC. LXII.

